



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

D. Ioannis Ivsti Lanspergii Carthvsiani, Natione Bavari, Opvscvla Spiritvalia

ab ipso Autore partim Latinè, partim Germanicè euulgata

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, 1630

Quomodo quis à vitijs conuertatur ad Deum. Cap. XXXI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45857](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45857)

Cum libet rerum triftium fiue letarum euentum, in Deum proijciens, abfque mul-
 tiplicitate permane: vt tibi quoque præfens permaneat Deus. Quem fi intus non
 ſentis, totis viribus ad hoc elabora, vt intus habeas, omni abs te impedimento
 abiectio. Mortem citius ſubeas, quam quicquam contra Deum velis, aut ſponte a-
 licui peccato conſentias. Nulli, præterquam ſoli Deo, nimis placere appetas: opti-
 mam partem cum Maria eligas: huc illuc importunis quærelis omnia replendo,
 vitæque neceſſitatem verba fundendo, non diſcurras. Talia non facere ſolent, qui pa-
 rum in ſe boni poſſident. Vna namque hora ita egredi poſſes, vt vix tandem multis
 annis, ac fortaffe nunquam reuertaris. Proinde ad ſolitudinem ſemper reuertitor,
 intus loquitur. Quem quæro, nullo ſenſu, nullo ingenio comprehenſibilis eſt, ſed
 puris tantum mentibus ſuſceptibilis. Hunc puto, hunc venor, & quicquid mihi a-
 liud occurrerit, pari, & iter meum cõtinuare volo. Sic ad interiora tua, vbi veritas
 ipſa adest, Temper reuertere. Verborum bullis eo peruenies nunquam. Quamobrẽ
 tace, quieſce, ſuſtine, Deo conſide, ac quod in te eſt perfice, & protinus ad agnoſcen-
 das vitæ internæ perfectiſſimas vias mirificè illuminaberis. Quatuor autem ſunt
 viſcẽmodi viæ, in quibus omnem ſpiritualium exercitiorum plenitudinem, ac-
 que opulentiam experiri poteſ. *Prima*, liberi mentis aſcenſus per gratiarum actio-
 nem & laudem perpetuam, ad maieltatem Dei. *Secunda*, humiles deſcenſus per ab-
 negationem ſui, ſuæque voluntatis, ſub potenti manu Dei. *Tertia*, virtuofi (vt ita di-
 cam) egreſſus ad omnes homines, per generalem quandam fidelitatem & amorem,
 ex ipſa largitate Dei. *Quarta*, vniformes ingreſſus, ſiue introuerſiones, per om-
 nium rerum obliuionem, in amplexum vnionis Dei. Hanc inexhauſtam Dei opu-
 lentiam, vbi hæc quatuor viæ & oriuntur & terminantur, nulla poteſt creatura
 comprehendere. Quare eas experienti iucundum eſt ſibi mori, & ſpiritualia quæ-
 ſus exercitia laboreſque perficere. Quam hoc modo Regem regum & Dominum do-
 minantium, in throno animæ tuæ magnifice conſidentem, ne inde proturbetur,
 obſeruas, tum ille vicifiſim interiora tua, flamma charitatis ſuæ ita illuminabit, &
 ſuccendet, vt omnes vires tuæ virtuofe & diuinæ efficiantur, & ipſe in vitam plandẽ
 diuinam ſemel transferaris. Sed quando putas? quum id ei viſum fuerit, ſiue in iu-
 uenta, ſiue in ſenecta, ſiue etiam in morte tua. Ad hoc autem ſpecialibus opus non
 eſt exercitijs, niſi tantum vt cor purum ſerues, æſtuantemque cum vera tui abnega-
 tione ad ſe aduocum, ad Deum ſemper habeas, vt ſuperius ſatis eſt dictum.

Solitudõ
mentis qui
incolenda.

Vix perfe-
ctiõnis qua-
tuor qua.

Apoc. 19:

Quomodo quis à vitijs conuertatur ad
Deum.

CAPVT XXXI.

Quamdiu corpori anima cohæret, fieri non poteſt, vt homo diuin eodem ſta-
 tu perſeueret. Quum etenim ſe relicto in Deum tranſijt, & per ſenſualitatem
 ſuam, nunquam poſtea ad ſe reuerſi cupit, & veſtigio priuſquam a-
 nimaduertat, in naturæ rursus caſſes collapsus, ab integro habet quod relin-
 quat. Proinde quum ſapius euagatur, ſenſibusque exterioribus præter neceſſi-
 tatem, & rationis illuminatæ præſcriptum abutitur, protinus in venialia pec-
 cata precipitatur. Quæ tamen quoniam occaſiones eorum pro viribus deuitat,

kkk

per ama-

per amabilem ad Deum conuersionem, plenamq; à peccatis auersionem, facillimè condonantur. Quamobrem quum vitia aliqua aut inuitas euagationes sentis, uide ne vel illa in te, vel tu diutius in illis conuiescas: sed culpam tuam ingenitè agnoscens, confestim ab ijs cum graui aduersus te ipsum indignatione auertere, ex citatissimè intellectu & voluntate tua, nude cum ijs ad Deum, omnia ei conquiescitur recurrere, pro ijs humilem gemitum ad Deum transmittre, Patriq; cœli amarissimam dilecti Filij sui passionem pro omnibus peccatis tuis offerre. Deinde omnibus relictis, te ipsum summa Dei voluntati captiuum dede, uultuq; iterum cum nouo animi proposito incipe. & mox in pristinam dignitatem omnia tua restant abuntur. Quoties autem cadis, toties iterum surgens ad interiora tua velociter reuertere, nec uilum opus bonum propterea postpone. Deus enim principium quum sit & finis omnium, facillè tibi uel per unicum suspirium ignosceret uniuersa, ut qui longè sit paratior te suscipere, quam tu ad eum accedere.

De venerabilis Sacramenti Eucharistiæ sumptione.

CAPVT XXXII.

Quoniam ex ineffabili sua erga nos dilectione, ipse nobis locutus est Dominus: *Caro mea uerè est cibus, & sanguis meus uerè est potus. Et: Qui manducauit meam carnem & bibit meum sanguinem, in me manet & ego in eo.* ideo consilijs foret: pijs hominibus, ut frequentissimè sacrosanctum Domini nostri Iesu Christi corpus reuerenter pieq; suscipiant, quomodo id nobis mater Ecclesia officio Dei fungens, sub specie panis (sub qua ueneranda caro & sanguis Christi uerè continetur) elargiri solet. Quod non tam propter suam perfectionem quam propter insignem suam fragilitatem sapius suscipient, nimirum ut ab amore sui (qui iam proli dolor passim grassatur) & à multiplicibus suis defectibus tam manifestis, quam clandestinis, hoc cibo confortati custodiantur, ut ipsos defectus uitiaq; omnia, tanto fortius eradicare, & mortificare queant. Præstat namque ex amore accedere, quam ex trepidatione omittre. Et uilius est semel per hebdomadam cum profunda humilitate suscipere, quam per annum semel cum propria iustitiæ fiducia. Deus bonum est, quod communicatum crescit, seruatum perit. At qui sine uera penitentiâ, sine firmo se emendandi proposito, temere & illocis, ut aiunt, pedibus huc irruunt, ut ad suam ipsorum damnationem Dominum suscipiunt. Proinde necessarium est, ut seipsum homo probet, mentisq; sua à sensibus exterioribus (quibus fortè ob temporalium rerum multitudinem distracta est) recollecta, perpendat, uerèq; agnoscat peccata sua, & peccatum suum purget perfecta penitentiâ, aperta confessione, firmiterq; proponat se posthac accuratius cauere, tam à peccatis, quam à peccatorum omnium occasionibus, uagationibus & ineptijs: utq; hæc ita putet ac cogitet perficere, Deumq; ex animo querere. Ad ista maxime opus est firma fides, in prima illa ueritate (quæ mentis nescit) radicata. Certum nanque est & indubitatum, quod Dominus noster Iesus Christus nobis reliquerit sacrosanctum corpus & sanguinem suum, uenerandam animam suam, nobis ipsam diuinitatem suam, à que æternam Trinitatem suam. Ad hæc omnem illam gratiam quam homo factus secum inuexit in hunc mundum, omnem resurrectionis & ascensionis suæ fructum, uniuersa quoque & sua

Lucæ 6.
Ibidem.

Eucharistia
eat sepius
suscipienda
sunt.

Eucharistiæ
sumptioni
ut se quis
preparat.

Gratia quan-
ta Eucharis-
tiam digne
sumemus
conferatur.